Oratoriae artis Epitomata: Siue Quae ad conſumatũ ſpectant Oratorem: ex antiquo Rhetorꝝ gymnaſio dicendi: ſcribendiqꝫ breues rationes: Nec nõ ⁊ aptus optimo cuiqꝫ viro titulus: Inſup ⁊ pq̃ꝫ facilis memorie artis modꝰ Jacobi Publicij Florentini lucubratione in lucem editus: Foelici numine Inchoat.

Oratoriae inſtitutiones: ex veterũ inſtituto: per Jacobum Publicium: ad Cyrillum caeſarem fauſtiſſimum delectae.

Si quis: id operis diligens examinator inſpiciat: hoc mente ſecũ facile cogitabit: ꝙ (vt Marci tulij Ciceronis oratorũ principe vbis ornatiſſimis vti videamur) non parũ in ſe habet fructus: copia dicendi ⁊ comoditas orationis: Si recta intelligentia ac determinata animi moderatione gubernetur. Quas ob res illa que ceteri inanis arrogantie cã ſibi aſſumpſere relinquimus. Nam illi ne parũ multa ſciſſe viderentur: ea conqueſierũt: que nihil attinebant: vt ars difficilior cognita putaret̃. Nos vero ea que ad rationem dicendi pertinere videbant̃ ſumpſimus: Non enim ſpe queſtus aut gloria moti: ad ſcribendũ venimus. Sed vt induſtria noſtra ſtudioſorũ voluntatibus morã geramꝰ. Nũc ne nimium longa ſũmatur oratio: de re dicere incipiemus. Si id vnum et te Cyrillum: ⁊ ſtudioſos ceteros monuerimꝰ: artem ſine aſſiduitate dicendi: nõ multũ iuuare: vt intelligat hanc rationẽ preceptionis ad exercitationem comodari oportere. Itaqꝫ breui hac oratione multa vel̃ neceſſaria: que a Marco Cicerone: quẽ precipue in hoc opere imitamur: necnõ a Fabio maximo Quintiliano excerpſimus: com/

Inc 1446

plexi ſumus. Que ſi tu cyrille ⁊ quilibet illis eruditus exercitatio/
ni accomodauerit: plurimũ in arte dicendi ſe profeciſſe intelliget.
Preterea ne rethorices dignitatẽ et excellentiã ſilẽtio p̄tereã⁹
Marci ciceronis teſtimonium afferamus: in primo de oratore ita
inquientis. Quid eſt enim tam admirabile q̃ ex infinita multitu/
dine hominum vnum exiſtere: qui id quod omnibus natura da/
tum ſit vel ſolus vel cum perpaucis facere poſſit: Aut tam iocun/
dum cognitu atq3 auditu q̃ ex ſapientibus ſententijs: grauibuſq3
verbis: exornata oratio atq3 polita. Aut quid eſſe poteſt in ocio io
cundius: q̃ ſermo facetus et nulla in re rudis. hoc enim p̄ſtam⁹
vel maxime feris q̄ colloquimur inter nos: et q̄ exprimere inter
nos ſenſata poſſum⁹. Ob quam rem quis hoc iure miretur ſum/
meq3 in eo laborandũ eſſe arbitrer: vt quo vno homines maxime
beſtijs p̄ſtent: in hoc hominib⁹ ipſis antecellat: arte ⁊ vſu qui o/
mnium magiſtrorũ p̄cepta ſuperat. ac ne plura que pene ſũt in/
numerabilia cõſectemur breui comp̄hendam⁹. Hic enim ſtatui/
mus perfecti oratoris moderatione ⁊ ſapientia non ſolũ ipſius di
gnitatem ſed ⁊ priuatorũ ⁊ plurimorũ ⁊ vniuerſe reipub. ſalutem
maxime contineri. Sed nunc inſtituti noſtri ſumamus initium.

Socraticũ Iſocratẽ bene appoſiteq3
dicere Rhetoricã: pontificij vero ci/
uiliſq3 iuris interp̄tes Oratricẽ dya/
lecticã dixiſſe: locuples: papiri⁹ au/
ctor eſt. Eſt enim ciuilis ſcientie pars
qua cum aſſenſione auditorum ſcdm
mores ⁊ inſtituta patrie bene ꝓ viri/
bus dicemus. Iudiciali nãq3: concio/
nali: ſanctionaliq3 ſtatu forenſes: pu
bliceq3 cauſe bene in ciuilibus que/
ſtionibus dicendo comprobantur.